

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Iudex siue iudicium an
cum uariis

Non silebo Zelencum mirabilem iusticie rigidum qui cum ciuitati Locrencium cui preerat lege lata cauisset ut qui adulterium commisisset exocularetur omni miseratione post habita, deprehenso in hoc crimine filio eius adolescente precepit ut utroque lumine priuaretur. Cumque plebs ciuium summissimis precibus rogaret indulta ob gratiam principis flagicii uenia, ad deliberandum paululum spacii captans, sibi et filio unum oculum districtus iudex effodit, pium patrem et seuerum iudicem declarando. Egit itaque censura mirabili ut sibi et filio uidendi usus superesset et in ultionem flagicii duo lumina ut decreuerat cecarentur. Ita debitum supplicii modum legi reddidit ac mirabili temperamento equitatis se inter misericordem patrem et iustum legislatorem partitus.

Valerius libro VI.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Iudex siue iudicium an] Iudex siue iudicium am P V¹ V² L¹ L²; Zelencum] zelantum P V¹ V² L¹ L²; Locrencium] lactantium P V¹ V² L¹ L²; cauisset ut] ca *add. (del. sub lin.)* C; deprehenso] reprehenso P V¹; ut *om. (cor. in marg.)* M; summissimis] summissis P V¹ V² L¹ L²; declarando] declamando P V¹ V² L¹ L²; equitatis *om.* P V¹ V² L¹ L²; partitus] partitur P V¹ V² L¹ L²; VI.] 8. P V¹ V² L¹ L²